



HOUDRY
BIBLIOTHECA
CONCIONATOR

2

BX1757
H6
v.2

008673



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080016017

R. P. VINCENTII
H O U D R Y
E SOCIETATE JESU
B I B L I O T H E C A
C O N C I O N A T O R U M
M O R A L I S E V A N G E L I C A,

Ethices Christianæ præcipua continens argumenta; ordine Alphabetico
digesta, & Supplementis suo loco positis adaucta:

e Gallico sermone in Latinum translata.

EDITIO NOVISSIMA, cui nunc primum adjectus est TOMUS POSTREMUS
continens duas Tabulas, seu duplices Sermonum, Argumentorumque
Adumbrationes, quæ usum Operis univèrsi faciliorem efficiunt.

T O M U S S E C U N D U S.

E - I



Capilla Alfonso
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Vázquez y Torres



V E N E T I I S M D C C L X X X V I

APUD SEBASTIANUM COLETI.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

45285

BX 1757

H6
v.2

BIBLIOTHECA
CONGREGATIONIS
SACRAMENTORUM

TOMUS SECUNDUS



LIBRERIA DE LA UNIVERSIDAD DE SAN CARLOS DE BARRIO DE SAN JUAN DE LOS RIOS



FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ

1888

INDEX ARGUMENTORUM

Contentorum in hoc Secundo Tomo.

E

ECCLESIA; Submissio, & obedientia, quæ debetur Ecclesiæ; Ecclesiæ infallibilitas in materia Fidei. Hæresis, & Hæretici Ecclesiæ rebelles. Pag. 1

ECCLESIASTICUS. Sanctitas status Ecclesiastici; Sacerdotium, vocatio, & huius status officia; Reverentia, quæ debetur Ecclesiasticis; vitia ab illis evitanda; Beneficia, Ecclesiæ bona &c. 17.

EDUCATIO FILIORUM. Cura, quam parentes eorum gerere debent. 37

ELEEMOSYNA. Misericordia, & charitas erga pauperes. 61

EXEMPLUM. Vis exempli generatim; bonum exemplum, bona ædificatio, 93.

F

FERVOR IN CULTU DEI; tepor, negligentia, relaxatio, languor, inconstantia &c. 113

FESTI ET DOMINICI DIES. Eorum observantia &c. 134

FIDELITAS IN REBUS MINIMIS. Cura in minutis etiam officiis obeundis, & exiguis defectibus evitandis. 145

FIDES DIVINA, VIRTUS THEOLOGICA; ejus certitudo, prerogativa, & quidquid ad hoc argumentum spectat. 156.

FILII; eorum erga parentes officia &c. 191.

FURTUM. Aliena bona, Restitutio. 202

G

GLORIA. Jactantia, Vanitas, Ostentatio, Laudes, Plausus &c. 214

GRATIA ACTUALIS; ejus vis, & suavitas. Gratiarum repulsa, & contemptus; Substractio, & substitutio gratiarum Dei. 245

GRATIA SANCTIFICANS. Amicitia Dei. Adoptio divina &c. 274

H

HABITUS. Peccatum habituale. Habitus pravi &c. 288

HUMILITAS. Humiliatio. Cognitio suiipius. Superbia &c. 302

HYPOCRISIS. Hypocritæ; Simulata virtutis species imponens, & decipiens. 331.

I

IEJUNIUM. Abstinencia, Jejunium Quadragesimale; ejus observantia, & modus observandi &c. 344

IGNORANTIA. Ignorantia earum rerum, quæ ad Deum, & salutem nostram pertinent. Ignorantia affectata, & voluntaria. Ignorantia invincibilis. 360

IMPUDICITIA. Amor impurus, & inhonestus. Luxuria &c. 373

INDOLIS, NATURA, TEMPERAMENTUM. Indoles felix quoad salutem. Ingenium facile, & difficile. Bona, & prava natura. Illa quidem excolenda, hæc autem corrigenda. 393

INDULGENTIÆ, JUBILÆUS. Eorum institutio. Bona, quæ inde proveniunt &c. 406.

INFERNUS. Poena damni, & poena sensus. Infelix æternitas &c. 420

INGRATITUDO. Memoria, & oblitio beneficiorum, quibus & a Deo, & ab hominibus aucti fuimus. 462

INTEMPERANTIA cibi & potus. Gula. Ebrietas. 481

IN TENTIO. Puritas intentionis. Recta intentio omnibus in operibus habenda. 493.

INVIDIA. Dolor ob aliena bona. Zelotypia. 507

IRA. Furor. Lenitas. Mansuetudo. 526

JUDICIUM PARTICULARE, de nostrorum singulis in ipso mortis nostræ momento 10

003670

to habendum, & quidquid ad hoc pertinet argumentum. 546
 JUDICIUM EXTREMUM, ET GENERALE; & quidquid ad hoc argumentum spectat. 559

JUDICIUM TEMERARIUM; falsa suspicio; cogitatio alienae existimationi injuriosa. 588.
 JURAMENTUM. Perjurium; blasphemia, imprecatio. 606

BIBLIOTHECA CONCIONATORIA.

ECCLESIA.

Submisso, & Obedientia, qua debetur Ecclesiae: Ecclesiae infallibilitas in materia Fidei: Haeresis, & Haeretici Ecclesiae rebelles.

MONITUM.

EO in sensu, in quo istae Ecclesiam accipimus, liquido innotescit, argumentum hoc proferri aliud esse a Fide, de qua suo loco dicemus, & ab institutione Religionis Christianae, de qua jam dictum est. Verum nihilominus est, Fidem, Ecclesiam, Religionemque Christianam nonnumquam nominata esse synonyma, & quaecumque inter illa statuat distinctio, eas tamen utro citroque sese vicissim continere, & complecti. Admonere tamen sufficiat nihil a nobis allatum iri hoc in loco, quod proprie non spectet ad Ecclesiam, in naturali sensu desumptam; videlicet pro fidelium ceterum in eadem fide coalescentium, ac eorumdem Sacramentorum consortium, qui ipsum visibile caput, D. Petri Successorem, & Jesu Christi Vicarium agnoscunt.

Cum Ecclesia hoc in sensu intellecta, a Filio Dei instituta, & a Spiritu Sancto gubernata plurimas habeat qualitates, quibus ab aliis schismaticis, haereticisve societatibus distinguitur; cum videlicet Una sit, Sancta, Catholica, Apostolica, & Romana; necnon perpetua, & nulli errori obnoxia; non praetermittimus ea, quae sub his titulis magis notata digna occurrerunt, & apta seu ad probandum, Ecclesiam hanc veram esse, & ad eos, qui secesserunt ab illa, iterum ad eam compellendos; seu ad eos qui in sinu illius nati, atque instituti sunt, adhortandos, ut corpore adeo sancto se veluti digna membra perhibeant.

Itaque hoc controversae instituat sermo, sive orthodoxa hac in re doctrina supposita, satis sit excitare Auditores, ut tanquam veri Ecclesiae Filii vitam traducant, non deerit, unde propositum abunde expleat argumentum. Verum cum non possit omnino evitari sermo de illis, qui ab Ecclesia secesserunt, & qui eidem rebelles sunt; ea putavimus addenda, quae & Haereticorum pertinaciam, & mala, quae Haeresis gignit, respiciunt.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti Systemata.

I. **D**Ue propositiones, eque certissimae, ac morales, Concioni de Ecclesia, & argumentum suppeditare possunt, & divisionem. Prior est, extra Ecclesiam salutis spem omnem esse interclusam; posterius vero, ad salutem assequendam non sufficere, esse in Ecclesia, nisi vita secundum leges & praecipua, quae nobis ab illa traduntur, diligentissime componatur. Quod ad priorem attinet propositionem: Primo. Liqueat sine fide neminem salvati posse, quemadmodum testatur Apostolus: *Sine fide impossibile est placere Deo.* At in Ecclesia tantum vera fides invenitur; videlicet fides earum veritatum, quas Dei filius hominibus revelavit: per Ecclesiam eas nobis proposuit, & per organum illius eas nobis cognoscendas tradidit, nec non de illis edocuit. Quapropter Haeretici, qui sunt extra Ecclesiam, vel non credunt omnino has veritates, vel eas dividentes, earumque unam tantummodo partem credentes evertunt fidei unitatem, ideoque nullam profectus habent fidem, & ita misere intereunt. Arca Noeica comparatur Ecclesiae, ubi illi solum adstant, qui ibi fuerant inclusi, & universae diluivium, quo reliqui omnes absorpti fuerunt, evaserunt. Qua in re divinam erga nos misericordiam benedicere, atque admirari debemus, quod nos in Ecclesia sua sinu voluerit nasci, nosque in hac incluserit Arca, ut si vellemus, salus nostra in tuto collocaretur. Non ne in omnes gratiarum actiones nos effundi par est ob tantum hoc beneficium, quod aeternae felicitatis nostrae fons est, ac principium?

Tract. de Symbol. cap. 10.

2. Extra Ecclesiam uti fides non est; ita neque charitas, neque verus Dei amor, neque gratia sanctificans, quae nos Dei filios efficiens Coelestis Regni facit haereditas: quod docet S. Augustinus per haec verba, quae in mortaliom omnium ore versantur. Si quis absque Ecclesia inventus fuerit, alienus erit a numero filiorum Dei; nec habebit Deum Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.

Handy Bibl. Tom. II.

3. Qui extra Ecclesiam est, in via salutis non est, qui ergo extra hanc vitam sunt, sperare non debent se beatum hunc terminum, quo fidelibus omnibus contendendum est, assecuturos. Ecclesia nos regit, atque instituit suis, vero Dei verbo, Sacramentis, quae confert, & quae totidem sunt gratiae, salutisque fontes, nec non luminibus, quae nobis impetrat a Deo, illuc adducit. Qui extra Ecclesiam versantur, omnibus his destituuntur auxiliis, cumque extra viam sint, quo progrediuntur magis, eo magis aberrant, ac denique in nullam spem reditus evagantur.

Propositio Altera: Ut salutem nostram operemur, satis non est in vera Ecclesia versari, eamque extrinsecus palam profiteri, nisi leges illius observentur, & nisi hominis Christiani vita hujus professioni digne respondeat. 1. Ut enim salvi simus, fides una non sufficit, quod affirmant haeretici, nisi eam charitas, & bona opera comitentur; sine quibus in Ecclesia non sumus, nisi tantumquam membra mortua, Spiritu Sancto reliquam vivificante corpus non animata: & quantumvis ab illa avulsi non sumus ut Haeretici, atque Schismatici, participes nequaquam sumus vitae gratiae, quam nobis Jesus Christus promeruit; & si hoc in statu versamur, si Christiano homine, & vero Ecclesiae filio dignam non ducemus vitam, numquam in Coelo Regni Filii Dei participes erimus. 2. Quia cum Sancta sit Ecclesia ob eas rationes, quas alibi attulimus, opus est, ut qui componunt illam, ejusque membra, & filii sunt, sint quoque Sancti; ad id enim unice illam instituit Deus, ut illi Sancti essent; in quem veluti scopum omnia collinant praecipua, omnis, quam praescribit, morum disciplina, omnia, quae confert Sacramenta, quae totidem sunt fontes salutis, &c. 3. Nisi enim vitam traducimus eo honore dignam, quem tanquam Ecclesiae membra obtinemus; hac nos tanquam rebelles respicit filios in proprio sinu ipsius bellum sibi inferentes; ideoque ingrati-

A res

